

adhiberi in passio calorem, ut ostendit, postea secundo, & tertio ei passio applicetur, non amplius illud intendit, quia simile non agit in simile; si vero prima vice non produxit tam intensam, quam potest, tunc secunda vice intendit eam speciem priorem, ex quo nullum sequitur absurdum. Dices non videri credibile eundem Angelum habere virtutem producendi simul, & semel tot species in tot Angelorum millibus, qui possunt esse et praesentes in Caelo, & in proportionata distantia. Rpondeo hanc difficultatem quoque aequè utgere in qualibet creatura materiali, quae sphaerice diffundit species vivas sui in omnes partes per circuitum, & ad omnia puncta spatii, ex quibus videri potest, ut patet de Sole per totum hemisphaerium radios simul, & semel diffundente; unde quod dicitur in hoc casu de creatura materiali, idem quoque de Angelo dici poterit, ac debet servata proportione.

165 Quind arguit Suarez *et. cap. 3.* quando duo concurrunt per se ad aliquam actionem necesse est, ut in operatio unius alteri subordinetur, itaut ad motionem, vel influxum unius alterum cooperetur, ut patet generaliter in omnibus causis, quae simul requiruntur ad aliquam operationem; sed neque Angelus cognoscens subordinatur hoc modo per suam substantiam Angelo cognito, neque Angelus cognitus cognoscens, quia uterque liber est quantum ad huiusmodi concursum praestandum, est enim positum in libertate. Angeli cognoscere, vel non cognoscere alium, & cognosci, vel non cognosci ab alio; ergo ad huiusmodi subordinationem habendam ultra substantiam Angeli cogniti requiritur aliquid, quo medio unius intellectus cognoscens, & ipsi subordinetur, hoc autem non est aliud, nisi species infusa intelligibilis illius. Rpondeo ex dictis ad argumentum praecedens quicquid sit de majori, in qua negari videtur duas causas ex quo ad eundem effectum concurrere potest abique subordinatione unius ad alteram, negando minorem cum eius probatione; minime enim repugnat Angelum esse necessarium ad producendum speciem, vel cognitionem sui, & saltem esse liberum ad omnes suas actiones, quia nulla est repugnantia in eo, quod Angelus sit liber ad anorem, odium, motum localem, non vero productionem specierum; Et sic pariter ex parte Angeli cognoscens dici potest ipsum non esse liberum ad primam cognitionem alterius, ita ut accidens Gabriele ad Michaelem in debita, & proportionata distantia, ille non potest non cognosci ab isto, nam actus intellectus sunt necessarii, & praesertim quoad primam obiectorum cognitionem, ut dicebam; nam quoad alias sequentes potest esse liber per subordinationem ad voluntatem, quatenus ad libitum tunc potest speciebus obiectorum, quae remanserunt impressae post primam obiectorum cognitionem.

Quaes quid fit de facto dicendum supposita virtute in Angelo producendi suam speciem in intellectu alterius, an de facto eam producat, an potius quilibet haberit ab initio creationis species infusas omnium Angelorum. Rpondeo Artiaga *et. & optime* quidem rem esse dubiam, tum quia sub lite est, an quilibet ab instanti creationis haberit species omnium rerum existentium; tum quia cum omnes fuerint simul creati, & forte non in maxima distantia unius ab alio, poterunt in eodem instanti unus in altero casus species producere, quod aliqua firma ratione reitci non potest, supposita in ipsis tali virtute productiva specierum; Bassolius tamen, & alii etiam nostrae opinionis concedunt habuisse Angelum ab initio species omnium individuorum incorruptibilem.

QUESTIO SEPTIMA.

An una species possit plures quidditates distincte representare, itaut superius Angelus per pauciores, ac universales species intelligat.

ARTICULUS PRIMUS.

Aperitur status questionis rejecta unius Scotista discordia, & alterius concordia.

166 Pro intelligentia questionis advertendum est, contrarium non esse de quidditatibus essentialiter subordinatis, ut funt gradus metaphisici praedicamentorum continentes a generalissimo usque ad infinitum specificum in plura singularia per plures individuales differentias divisibiles, cum enim ista se habeant sicut superiores, & inferiores, & in inferiori continentur actualiter, ac essentialiter gradus omnes superiores, quavis probabile fit unamquodque per propriam speciem intelligi posse, probabilissimum Scotista passim censent cum Doctore 1. *dist. 2. q. 2. §. quinto* dico magis, & minus universale posse per eandem speciem cognosci, ita nimirum, ut magis universalis, vel singularis, & ita iam determinavimus *dist. 6. de anima q. 7. art. 2. num. 217.* & hac evidenti ratione stabilivimus; sicut se habet singulare ad universale in essendo, ita representativa ipsorum, quae sunt species illa obiecta representantes, se habeant in representando; sed singulare continet universale essentialiter, & inferiori omnes gradus superiores; ergo representativum singularis formaliter, erit quoque virtualiter representativum universalis.

Verum quavis hac sit communis opinio inter Scotistas, oppositum nihilominus ut probabilissimum de mente Scoti Auctori controversiarum Iner Scotistas *contra 30.* ubi proinde asserit *concl. 2.* Angelum non posse cognoscere abstractivè loquendo magis universale per speciem minus universalis, neque per speciem singularis cognoscere praedicata superiora in ipso singulari contenta, sed tot erant species, quod praedicata; Et ad rationem altam respondet distinguendo minorem, accipiendo minus universale, vel singulare sine theorematice, concedit, theorematice solum, negat; sic enim est una entitas formaliter distincta a partibus, absoluta, & ad se, quae cognoscitur sine dependentia ad partes, quia supponitur non cognosci cum tali relatione dependentiae ad partes, sic enim nequit cognosci, nisi cognitis partibus, & cognoscitur ut talis entitas, nec ut entitas totius reduplicative, nec partis, sed ut sic absolute, quam responso nem ait esse Lichei 1. *dist. 3. q. 2. §. sed occurrunt aliqua dubia,* cuiusiam tribuit hanc opinionem ibidem verbi *ad tertium dico,* scilicet quod magis universale nequit abstractivè cognosci per speciem minus universalis. Ceterum non semel dixi huic Auctori non multum esse fidendum, dum pro suis placitis citat Doctorem, vel alios Scotistas, nam saepe vel fallitur ipse, vel alios vult fallere, & ita est in proposito, nam eam opinionem apud Lichetum loco ab ipso citato non invenio, nam ibi *ad 3. ait,* quod loquendo de toto essentiali alia cognitione a nobis cognoscitur totum, & alia, & alia partes, & sic alia cognitione cognoscit hominem, & alia corpus, & alia animam; similiter alia cognitione cognoscit hominem, alia animal, alia corpus, & sic ascendendo; & quod cognitio hominis praesertim reitnatur ad hominem, & cognitio animalis ad animal, &c. non tamen ibi negat Lichei. cognitiones illas distinctas graduum universalium haberi non posse per speciem minus universalis: immo hoc ibi expressè concedit immediate supra in solutione ad 2. dubium, dum ait, tenendo quod magis universale cognoscatur abstractivè per speciem minus universalis, tunc species illa poterit partialiter causare notitiam totius, & omnium ad quidditatem ipsius pertinentium, ut supra patuit *qu. 1.* quia obiectum causat cognitionem sui, & omnium virtualiter, vel essentialiter contentorum: ita Lichei. ibi. ex quo patet ipsum stare pro communi Scotistarum opinione, & praesertim Auctorem hallucinatum esse vehementer in intelligentia Lichei, imò & ipsius quaestio; nam aliud est dicere, quod magis, & minus universale non possit per eandem actum cognosci, sed attingi debeant diversis cognitionibus, itaut tot sint cognitiones, quot sunt praedicata, & gradus cogniti; aliud verò quod singulae istae cognitiones nequeant haberi per eandem speciem minus universalis; primum affirmat Lichetius, non secundum, & concedendo primum adhuc debet negari secundum.

Nec minus ea responso est Lichei, nec digna, ut apud ipsum inveniat, quia continet falsam omnino doctrinam, & terminos male intellectos, & explicatos: nam ea distinctio totius theorematice, & sine theorematice habetur a Scoto 4. *dist. 11. q. 1. A.* ubi ait totum primo modo importare integrum, seu constitutum ex partibus, secundo vero modo supponere pro omni, & qualiter parte praesertim; quando igitur in argumento dicitur quod minus universale quidditative, & ut partes essentialis sui continet magis universalis, male conceditur de minus universalis sine theorematice sumpto, quia continere partes, & esse integrum ex partibus non pertinet ad totum sine theorematice, sed theorematice sumptum ex explicacione Scoti relata; imò totum sine theorematice sumptum potius habet rationem

tionem contenti, quam continentis, quia supponit pro omni, & qualiter parte distributive, quae reperitur in toto; Et adhuc pejus negatur de toto theorematice sumpto, quia ad hoc proprie spectat continere partes, cum imponet totum id, quod integratur ex partibus, & tandem pessime dicitur, quod ut sic cognosci possit sine dependentia ad partes, quia ut sic, nempe theorematice sumptum, vel est entitas simplex, vel composita, non primum, ut de se constat; sic secundum, ergo nequit cognosci sine partibus, five sine dependentia ad partes, five eadem cognitione cognoscatur cum ipso, five diversè; Et cum inquit quod ut sic, scilicet theorematice sumptum nec cognoscitur ut entitas totius reduplicative, nec partis, sed ut sic absolute, & ut talis entitas. Hoc omnino repugnat Scoto *loc. citat.* ubi ait totum theorematice sumptum accipi pro integro ex partibus, ac etiam 3. *dist. 2. quaest. 2. §. quantum ad tertium & dist. 2. quaest. 2. §. quantum ergo & 4. dist. 12. quaest. 3.* quibus in locis docet partes esse de essentia totius etiam in abstracto, & nunquam totum posse a partibus praecedere quantumcumque praesertim entitas illa totius consideretur; implicat igitur totum five physicum, five metaphisicum etiam theorematice sumptum posse cognosci sine dependentia ad partes, ut fusi dixi *disput. 5. Phyl. quaest. 13. art. 1.* ubi etiam *num. 153.* explicavi, quomodo adhuc in tali consideratione sit entitas absoluta.

169 Sed videamus quaestio, unde si motus sit hic Auctor ad alterendum contra communem Scotistarum, quod magis universale cognosci nequeat per speciem minus universalis, vel singularis: ait moyes ex Scoto 2. *dist. 3. quaest. 11. D.* dicente singulare non posse cognosci per speciem universalis, eo quia sicut universale non est tota entitas singularis, ita nec tota cognoscibilitas, idem habet 3. *dist. 1. 4. quaest. 3.* sub A. et ego e contra cum singulari non sit tota entitas universalium, sed quod distinctum ab illis, species ejus non erit ratio cognoscendi illa. Deinde quia licet 1. *dist. 3. quaest. 2. §. quinto* dico videatur problematicè procedere, dum tamen se declarat ait *scilicet illud, quod potest imprimere, vel causare speciem minus universalis in intellectu, potest etiam causare speciem minus cognoscibilis, &c.* Itaque aliud est dicere singulare, & minus universale posse producere species magis universalis; & aliud est dicere species singularis, vel minus universalis posse representare magis universalis, primum est verum, quia minus universalis sine theorematice sumpta includunt in se magis universalis, cum sint partes essentialis illorum, & consequenter possunt producere cognitionem, & species superiorum. Demum probat ex Scoto ibi quia quodcumque singulare potest cognosci distinctè, & confusè tam intuitivè, quam abstractivè; cognoscere distinctè est cognoscere aliquid quoad omnes partes ejus, & praedicata essentialia; ita ergo eadem species representans v.g. humanitatem representat etiam animalitatem, & omnia superiora, statim ac cognoscitur homo, cognoscitur omnia praedicata superiora, cum habeat omnia quae representat; Imò potest quis siltere in mera cognitione unius praedicati, sicut enim quodcumque praedicatum superioris habet proprie formalitatem, & essentiam ab alio formaliter distinctam; ita potest cognitione distincta cognosci tam intuitivè, quam abstractivè; itaque cognitio hominis absolute sumpta est distincta, quatenus distinctè explicat illam tertiam entitatem, est tamen confusa, pro quanto non explicat, nec representat naturam partium ipsius hominis; alia ergo cognitione cognoscitur homo, & alia cognoscuntur partes, scilicet animal, rationale, substantia, &c. Confirma species impressa est similitudo obiecti suo modo, vel species expressa, seu cognitio ipsa, ergo sicut eadem cognitione non possumus distinctè obiecta cognoscere, ita nec eadem species poterit plura representare.

170 Ceterum ad eam partem problematis amplectendam potius moveri debebat tribus illis, vel quatuor rationibus, quas ad eam probandam adhibuit Doctore 1. *dist. 2. quaest. 6. §. contra istam opinionem.* & nos examinavimus *dist. 6. de anima num. 222.* non autem ex praedictis, quae omnino frivola sunt, & nullius momenti, & plane omnino ridiculum est ad hoc probandum adducere rationem, quae probavit Doctore 2. *dist. 3. q. 11. D.* singulare per speciem universalis cognosci non posse, nam ea ratio directè probat oppositum nempe universale e contra per speciem singularis cognosci posse; argumentum enim est hoc, tota entitas singularis non continetur sub universalis, seu in universalis; ergo similiter nec tota cognoscibilitas singularis continetur sub cognoscibilitate universalis, viam autem huius rationis explicavit jam Doctore *quaest. 10.* praecedenti lit. C. hic arguendo, nihil est ratio cogno-

scendi alterum perfecte, nisi sit propria ratio ejus, vel contineat propriam rationem ejus cognoscendi; ergo quia aliqua est entitas in inferiori, quae non continetur in superiori, igitur similiter in cognoscibilitate, quare &c. Sed ratione Scoti sic intellecta, non video ex quo loco topico arguat Auctor ille a pari dicens, ergo e contra cum singularis non sit tota entitas universalium, sed quid distinctum ab illis, species ejus non erit ratio cognoscendi illa, nam potius oppositum omnino deducere debebat; sed ejus hallucinatio ex eo processit, quod in argumento considerando noluit uti terminis Scotici; Scotus enim non utitur verbo esse, sed verbo contineri, dicens tota entitas singularis non continetur in universalis, ergo nec partiter tota cognoscibilitas; si ergo antecedens illud ab arguente assumptum, tamquam Scoticum, sicut univoerale non est tota entitas singularis, ita nec tota cognoscibilitas aequivalet illi, quod ponitur a Scoto, sicut tota entitas singularis non continetur in universalis, ita nec tota cognoscibilitas, quae modo etiam loquitur, loco ab ipso citato 3. *dist. 1. 4. quaest. 3.* infra A. ubi ait, sicut universale non dicit totam entitatem singularium sic nec cognoscibilitatem; si, inquam, antecedens illud sic intelligatur, tunc nego consequentiam ex paritate deductam, cum inquit, ergo cum singulare non sit tota entitas universalium, sed quidem distinctum ab illis, species ejus non erit ratio cognoscendi illa, nam in eodem sensu e contra ratio singularis dici debet tota entitas universalis, quatenus in se dicit, & continet totam entitatem universalis; ex quo opposita consequentia deduci debet, quod species singularis erit ratio cognoscendi illud, quia si continet illud quoad entitatem, continet etiam quoad cognoscibilitatem; quod ad eod de se clarum est, quod neque Tyro eam consequentiam deduxisset, quod autem singulare superaddat quid distinctum praedicatis universalibus, non impedit, quin adhuc continet totam eorum entitatem, licet non totaliter, & adaequate; sed facit quod ultra eorum entitatem aliquid etiam superadditur includa, nempe differentiam individuaalem.

Neque etiam magis accuratè deduxit aliam rationem ex eo, quod habet Doctore 1. *dist. 3. quaest. 2. §. quinto* dico, dum ait, quod potest causare speciem minus universalis in intellectu posse etiam causare speciem minus cognoscibilis, &c. Itaque aliud est dicere singulare, & minus universale posse producere species magis universalis; nam inde quoque potius oppositum deducere debebat, etenim ex illo Scoti asserto ibidem Scotista passim deducunt probabilis ipsum censuisse, quod magis universale possit cognosci per speciem minus universalis; Neque enim absolute verum est, quod ait arguens, quod aliud est dicere singulare, & minus universale posse producere species magis universalis, & aliud est dicere singularis, vel minus universalis posse representare magis universalis, non, inquam, id absolute verum est, quia hoc secundum necessarium sequitur ex illo primo, quod ex ejus dictis probandum est enim ipse, primum esse verum, quia minus universalis includunt in se magis universalis, cum sint partes essentialis illorum, & consequenter possunt producere cognitionem, & species superiorum, ut aiebat Doctore: quod continet aliud quoad entitatem, continet etiam quoad cognoscibilitatem, ergo sicut Doctore ex hoc medio locis citatis deducebat singulare, & minus universale non posse cognosci per speciem magis universalis, quia non continet totam entitatem singularis, e contra deduci debet magis universale posse cognosci per speciem singularis, quia singulare continet totam entitatem universalis, probatur consequentia, quia ex primo posteriori in causis praesertim sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio negationis, & e contra, ergo si non continetia singularis in universalis est causa praesertim, cur non possit cognosci per speciem universalis, e contra a pari contentia universalis in singulari erit causa praesertim, & sufficientissima, cur possit cognosci per speciem singularis. Confirma tunc, quia si singulare habet virtutem producendi in intellectu speciem magis universalis, ergo pariter species singularis virtutem habet producendi immediate cognitionem universalis, probatur consequentia, quia species in esse representativa continet totum id, quod a suo obiecto continetur in esse reali, ac entitativo, cum sit adaequata ejus similitudo quoad omnem gradum entitatis: ergo sicut eod quod singulare continet realiter entitatem universalis, potest ejus speciem producere, ita pariter; quia species singularis continet in esse representativa, ac intentionali entitatem universalis, poterit ejus cognitionem producere.

Tertia tandem ratio, quam inquit habere a Scoto locis citatis ab ipso, non reperitur 1. *dist. 3. q. 6. contra istam opinionem,* & longe clarior, & distincta, quia scilicet universalis

salus potest esse praeiens intellectu abique praesentia minus universalis; ac si magis universalis in specie minus universalis, vel singularis intelligeretur, nunquam actum habere possemus circa universale, quin etiam haberemus actum circa singulare, ergo &c. Cuius argumentum cum aliis ibi ex eodem Scoto adductis satisfecit Scotus *disputatio 6. de anima. art. 2. 22.* negando minorem, quia ex causis ibi assignatis possumus ex eadem specie moveri ad intelligendum magis universale, non intelligendo minus universale; Deinde arguens in argumento ab ipso constructo ait, quod cognitio hominis absolute sompta est distincta, quatenus distincte explicat illam tertiam entitatem; est tamen confusa pro quanto non explicat; representat naturam partium ipsius hominis; quod dictum jam ex probavi *num. 168.* ut omnino chilmericum, quia cognitio distincta totius nequit haberi, nisi quatenus cognoscuntur partes eius, & sine earum cognitione nunquam cognitio totius erit distincta, sed confusa, ut patet ex prohemio Phil. Cum denique concludit arguens, quod alia cognitione cognoscitur homo, & alia cognitione cognoscuntur partes, scilicet animal rationale, substantia, &c. licet id totum concedatur: non tamen hinc sequitur illas distinctas cognosciones gradum magis universalium pro specie minus universalis, vel singularis haberi non posse, de quo tantum puncto hic disputamus, ut dixi *num. 167.*

Ad Confirmationem posset in primis negari paritas, quia species impressa est similitudo obiectis virtualis tantum, & in genere causae efficientis; cognitio vero est similitudo actualis, & in genere causae formalis, unde licet essent diversae cognitiones graduum magis, & minus universalis, omnes tamen haberi poterunt per eandem speciem, quatenus virtualiter omnes in ea continentur; potest etiam concedi paritas; distinctio consequente, quod sicut nequit dari eadem species expressa plurium obiectorum disparatorum, ita nec eadem species impressa; sed sicut si obiecta sunt subordinata in ratione magis, & minus universalis possunt uno, & eodem actu atingi, ita pariter possunt per eandem speciem impressam cognosci, ut ex instructo diximus *disputatio 6. de anima. art. 9.*

Secundo principaliter notandum est quaestione hanc inter Scotistas, & Thomistas ventilari tantum de speciebus a Deo infusis, non autem ab obiectis acquisitis, quoniam has Thomistas quoque fatentur produci non posse, nisi ut commenturatas singulis obiectis, a quibus producuntur; unde illas appellant universales non per abstractionem a conditionibus individualibus, sed per representationem: quia enim descendunt, & insunturanti a Deo, qui est causa universalis tam naturae, quam singularitatis, & tam illius naturae, quam illius; ideo dicunt habere vim a Deo representandi plura obiecta non tantum subordinata, sed etiam disparata, & numero, vel specie, aut etiam genere distincta; Ex quo ita in deducitur inane omnino fuisse laborem a Brancasio insumptum *disputatio 7. q. 4. pro reconciliando Scoto cum D. Th.* In hac controversia, quam ait ortam esse eo, quod haec tenet nec sensus D. Thomae a Scotis, nec sensus Scoti a Thomis fuit sufficienter perceptus; unde pro hac concordia introducenda *art. 4. ait*, quod quaestio ista moveri potest aliter ex duobus modis, vel namque spectamus speciem intelligibilem quantum est ex natura sua, sive ab intrinseco, vel spectamus eam ex addito, sive ab extrinseco, prout elevatam a Deo; dicit insuper speciem considerari posse vel quatenus per actionem intellectus agentis est abstracta ab obiecto; vel quatenus est insula intellectui a superiori agente supplet vicem abstractionis sentiae per intellectum; insuper quaestione examiniari posse vel philosophice, vel theologice; primus sensus erit spectando speciem ex natura rei secundum se, & ab intrinseco; secundus autem spectando eam ex addito, & per dependentiam ab agente superiori, & extrinseco, quatenus est elevata a Deo, a deo, vel sic, tot vel tot representandum prout Deo placuit.

Quibus praemissis inquit D. Thomam, & Scotum ad unum, & eundem sensum non esse locutos, sed ad diversos, & ideo mirum non esse, si adeo discordent; nam D. Thomam locutus fuit spectando speciem non quidem ex natura rei, nec ab intrinseco, nec quatenus causatur virtute intellectus agentis abstracta ab obiectis; sed spectando eam ab extrinseco, & prout elevatam, quatenus insunturanti a superiori agente Deo conferente ei modum tot, & tot representandi obiecta, prout Deo placuit virtutem speciei dari majorem; vel minorem ad representandum, & iste est modus considerandi speciem theologice; Scotum vero ait considerasse speciem ex natura rei, & ab intrinseco, quatenus pendet ab ipso obiecto creato, & ab intel-

lectu agente in causari; non autem ab extrinseco, nec in ordine ad Deum sic, & sic prout ei placuerit contemporaneam speciem, & iste est modus considerandi speciem philosophice, & quod Scotus ita speciem consideraverit deducit ex rationibus eius, quae omnes nituntur principiis philosophicis, ut de se patet; & quod D. Thomas loquatur de specie non prout ab obiecto abstracta, sed prout a Deo sic, & sic contemporaneam, & insula probat ex D. Thomae *art. 8. de veritate. art. 10. ad 3.* dicente species abstractas ab obiectis esse adequatas obiectis, ita ut non possint representare plura obiecta, species vero insulas a Deo posse representare plura obiecta, quoniam sunt super excedentes obiecta. Et tandem in fine quaestionis satis sibi plaudens de tali conciliatione adinventam inquit Scotistas non posse se iure tetralere ab ea, quia utique finitum non representant, nisi finitum ex se, & universale non nisi universale atque leo non nisi leonem &c. accedente tamen Dei virtute poterit finitum infinita, universale singulare, & leonis species cuncta animalia representare; Quod si dicas leonem non continere similitudinem ceterorum animalium, nec universale singulare, & animalium ceterum quidem philosophice spectata intrinseca natura leonis, & universalis, ceterum atenta Dei virtute non implicat.

Sed haec concordia omnino frivola est, ne dicam puerilem; nam ut in praemissis notabili dicebam, fatentur omnes hac controversiam ventilari tantum inter Scotistas, & Thomistas speciebus a Deo infusis, non autem ab obiectis acceptis; & cum Thomista respondent rationes Scoti erant tantum de speciebus acceptis a rebus, non autem a Deo infusis, ita namque de facto respondit Molina, & alii, in qua distinctione tota fundatur Brancasio concordia; replicant, & conendunt Scotistas eas urgere quoque de speciebus infusis a Deo, quia tales species a Deo infusae non sunt essentialiter, & per se ab acquisitis diversae, cum ita sint rerum semina, vel intentionales similitudines a Deo infusae, ut a rebus acquiritur; unde tantum accidentaliter differunt ex parte principii, quod distinctio cum sit tota extrinseca, & accidentaliter, non variat intrinsece entitatem earum, nec effectus ex eis producibiles, sed tantum variare potest modum representandi, quatenus species insulae clarior, & limpidior representant, quam acquiritur; sicut dicere solemus calorem invocare ab igne productum non per se, & species distingui a calore producto aequivoce a Sole; ergo praedictae species sunt eisdem rationis in representando quoad rationem representandi, quamvis a diversis causis procedant, perinde ac calores illi a diversis causis effecti sunt eisdem rationis in calefaciendo, & ac proinde si species ab obiectis productae nequeunt representare plures quidditates disparatas, idem dicendum erit quoque de speciebus a Deo infusis, & hac declaratione Scoti; ut interius dicemus; alioquin nihil omnino probarent contra D. Thomam, quem optime ciebat Scotus locutum esse de speciebus a Deo infusis, & non a rebus acquisitis, nec de hoc unquam Scotistam ullus dubitavit; ergo praefata concordia nihil proliis ad rem facit, & valde derogat acutissimo Scoti ingenio, quod assecutus non fuerit mentem S. Thomae clarissime loquentis de speciebus infusis, nec ipsum in eodem sensu impugna verit, sed in alio longe diverso. Et plane ridiculum est, quod habet in fine quaestionis, dum sibi plaudens de tali concordia inquit; *utrum conciliare possemus ita in ceteris ut eximus Praeceptoris*; nam tali conciliationis modo alia quam plures, & gravissime controversiae inter eos conciliari facillime poterunt; dum enim v. g. asserit D. Thomas demones ab igne physice torquentur, & Scotus de contra negat, quia corpus non agit in spiritum, reconciliari poterunt eodem modo, quod Scotus locutus sit philosophice, ignemque consideraverit ex natura rei, & ab intrinseco, D. Thomas vero locutus sit theologice, & de igne ut elevato a Deo; & pariter cum disputatur, in oculo corporeo possit Deus videri, & quidam Thomista affirmant id non implicare Scotistae vero negant, quia potentia corporea nequit ferri in obiectum spirituale; poterunt pariter conciliari, quod illi loquuntur philosophice, & oculos considerent ex natura rei, & ab intrinseco illi vero theologice, & oculos considerent, ut elevatum a Deo et conferente modum videndi, & attingendi obiectum spirituale.

Quod adhuc evidenter offenditur ex discursu allato, quo suadere conatur Scotistas talem concordiam, & possibilitatem talium specierum insularum eam universalitatem habentium, quam praedicant Thomista; quia licet, inquit, finitum non representent, nisi finitum ex se, & universale non

non nisi universale, atque leo non nisi leonem &c. accedente tamen Dei virtute poterit finitum infinita, universale singulare, & leonis species cuncta animalia representare, ex hoc, inquam discursu desinitur facilissima via conciliandi omnes controversias, quae agitantur de potentia Dei absoluta inter utramque scholam, defendendo omnia esse possibiliter accedente Dei virtute, licet ex natura rei, & secundum communem naturae cursum non implicare videantur, nam sicut cum urgemus per speciem Leonis cuncta animalia representari non posse, quia Leo non continet nec realiter, nec virtualiter ceterorum animalium species; nec per speciem universalis posse singulare representari, quia universale abstractum a singulari; ipse responderit discursum valere philosophice spectata intrinseca natura leonis, & universalis, ceterum atenta Dei virtute non implicare; Ita hoc ipsum poterimus respondere in quibuscunque aliis quaestionibus de potentia Dei absoluta; si enim urgeatur non posse ignem spiritus torquere, quia corpus in spiritum agere nequit, nec oculum videre posse Deum, quia potentia corporea nequit ferri extra speciem sui obiecti in obiectum spirituale, statim responderit poterit discursum currere philosophice, & spectata intrinseca natura ignis, & oculi corporei; ceterum atenta Dei virtute non implicare; Sed quis non videt haec omnia curtilia esse, & cachino digna? cum enim in his & similibus quaestionibus de potentia Dei absoluta Thomista, vel Scotista tenent partem negativam, hoc tenent ratione implicanti, ad quam non extenditur Dei omnipotentia, cum eius adequatum obiectum sit possibile, & quicquid implicanti non involvit, & suis rationibus talem implicanti demonstrare contendunt; & ita est in proposito, quod cum Doctor negat species universales positas a Thomis, negat tales species esse possibiles, & probat implicanti involvere, quod posita una species plura representare obiecta disparata, & praesertim non tot, quin plura, ac proinde nec per potentiam Dei absolutam posse a Deo infundi intellectui Angelico, ut constat postea eius rationes examinando; constat igitur praefata concordiam esse proliis ridiculam, & puerilem, neque ob eam Brancasio fore Scotistas involvuntur ipse inquit in fine quaestionis, eo quia adversarius sua praebuerit dimicanti adversus Scotum, & locum defensionis attulerit ab ictibus Scotistarum, neque Thomista est contra futuratos illi devinctos, & gratias acturos, neutrum (inquam) est ei timendum, vel sperandum, quia Thomista iam pridem haec arma habebant, cum ea distinctione semper utantur, dum Scoti argumenta solvere conantur, ut supra dixi *num. 174.* & Scotista tale genus armorum minime reformidant; responsores vero, & instantias huius Scotistae, quibus demonstrare contendit argumenta Scoti implicanti non convincere huiusmodi specierum universalium, quales ponuntur a Thomis, inferius referemus examinando responsores, & instantias Thomistarum.

Prospicata itaque prioris Scotistae discordia a communi Scotistarum docturiam magis universalis cognosci posse per speciem minus universalis, & singularis; & posterioris Scotistae concordiam inter D. Thomam, & Scotum ut penitus irrationabili; status quaestionis dilucidatus manet, quod cum hic quaerimus, an una species possit plures res obiective representare, non intelligitur de quidditatibus essentialiter subordinatis, ut sunt gradus metaphysici in praedicamento, quia sic gratia posse omnes gradus superiores cognosci atque ad transcendentem; sed quaestio est de pluribus rebus disparatis, sive sint numero, sive specie, aut etiam genere distinctae; Er rursus quaestio tantum est de speciebus a Deo infusis, non autem ab obiectis productis, tum qui Thomista negant tales species esse Angelo acquiribiles ab obiectis, tum qui gratis concedunt has species ab obiectis productas esse debere commenturatas singulis obiectis, a quibus producuntur; quia praemissa declaratio tres sunt opinioniones in hac controversia, dux extrema, & una media; Prima extrema est Thomistarum asserentium necdum per unam speciem posse plura obiecta disparata representari tam numero, tum etiam specie, vel genere distincta, sed etiam plura, & plura in infinitum, unde etiam concedunt producibilem esse a Deo speciem representativam infinitorum obiectorum saltem sine theorematice, & quod superior Angelus, quia per pauciores species intelligit, species habet universalitatis, & plura representantes, quam inferior ita D. Thomam cum suis discipulis *part. 1. q. 55. art. 2. Salmaticenses tract. 7. de Angelis disputatio 5. Navarres. contr. 52. Nazarius. contr. 30. Suarez. lib. 2. de Angelis. c. 14. Valquez disputatio 20. c. 2. Alarcon. tract. 6. disputatio 3. cap. 3. Lezana. tract. 6. disputatio 2. q. 8. Aversa. questio 55. sect. 3. Serra. ibid. art. 3. dub. 1. lo. de S. Thoma. disputatio 21. art. 4. & alij Thomista passim; Alia sententia extrema negat huiusmodi species esse possibiles, & Angelos superiores per pauciores, & universaliores species intelligere, ita Scotus *2. dist. 5. questio 1. 10.* cum suis ibidem Bassol. q. 3. Aureol. dist. 11. q. 3. art. 2. Maior.*

Msd. In Secunda. Sentent.

*dist. 3. q. 6. Faber. disputatio 26. Rada. contr. 5. art. 1. Valpes. disputatio. art. 7. Arrubal. disputatio 165. c. 2. & alij Scotista passim. Tertia sententia media est Neutralium, qui licet cum Thomis conveniant in priori puncto de universalitate specierum Angelicarum in representando, quod nemp una, & eadem possit plura obiecta etiam disparata representare; negant tamen quod possit representare infinita sine theorematice, sive non tot, quin plura, sive specie, sive numero distincta, ita Amicus *disputatio 9. sect. 8. & 9.* cum quibusdam aliis Recentioribus, adhuc negat concessa universalitate specierum in utroque sensu, alii negant Angelos quod perfectiores, eo ipso per simpliciores, & perfectiores species intelligere, ita Arriaga *disputatio 7. sect. 3.* & alij quamplures, imo & ipsi discipuli D. Thomae valde inter se dissident in hoc puncto explicando, ut refert Rada in explanatione opiniois Thomistarum.*

ARTICULUS SECUNDUS.

Nequit dari species representativa infinitorum obiectorum, sive non tot, quin plura.

Conclusio est Scoti *2. dist. 3. q. 2. 10. S. Thoma. opinio. & dist. 4. 2. 6. contra ista*, ubi hac inextinguibili ratione probat una speciem creatam esse non posse rationem cognoscendi infinitas quidditates, sive non tot quin plures, quia ubi pluralitas numeralis requirit maiorem perfectionem, ibi infinita pluralitas sive numeralis infinitas requirit infinita perfectionem, & virtutem, quod probat exemplo, quia si ipse portare simul plura pondeta concludit maiorem virtutem, & perfectionem, posse simul portare infinita, sed non tot, quin plura concludit infirmitatem intensivam, sed aliquid esse rationem distincte cognoscendi plures quidditates, concludit maiorem perfectionem in ipso quam esse rationem cognoscendi tantum unam; igitur si Angelo aliquid potest esse ratio cognoscendi infinita, seu non tot, quin plura, illud erit infinitum, quod est impossibile, probat maiorem, quia si accipitur ratio representativa illius quidditatis, quae aliquam perfectionem includit, inquantum est ratio representativa illius, similiter propria ratio representativa illius quidditatis aliquam perfectionem includit, & illa perfectiones in propriis rationibus representativas sunt alterius rationis; igitur, illa una, quae representat distincte ambo illa ut obiecta, includit in se virtualiter plures perfectiones alterius rationis, & ita est quid perfectius in se, quam sit tantum alterum istorum; ergo ratio representativa infinitarum quidditatum, sive non tot quin plura, arguet in representantem infinitam perfectionem. Nec iuvat dicere quidditates illas non esse actu infinitas, sed in potentia; etenim divina potentia ex eo praecise ostendit simpliciter infinita, quia non potest tot creaturas producere, quin adhuc possit plures; quod enim infinitas actu non producat, non provenit ex defectu potentiae activae in Deo, sed ex repugnantia rei, quia scilicet implicat dari infinita in actu; sic igitur in proposito, quamvis species non representent infinitas quidditates in actu, hoc non est ex eius imperfectione, vel defectu, sed ex eo quod infinitas actualis earum repugnat, ergo adhuc erit infinita perfectio illius.

Confirmat Amicus loco citato haec rationem, quia talis species esset proxima causa infinitarum cognitionum, quarum quilibet determinatam diceret perfectionem; ergo esset infinita in se; probatur consequentia, quia non potest esse proxima causa infinitarum cognitionum, seu non tot, quin plura, nisi esset infinita in se; probatur assumptum, nam ex eo, quod talis species contineret infinita obiecta intentionaliter, seu non tot, quin plura concurrere possent ad distinctas cognitiones infinitorum obiectorum, quia aequivaleret infinitis speciebus infinitorum obiectorum; sed si essent infinitae species, causare possent infinitas cognitiones, quarum una semper esset perfectior alia, ergo etiam si sit una distincte continens infinita obiecta, haec erit infinita, & infinita virtutis, quia hoc non tollit, quod minus omnia illa infinita obiecta vere contineat virtualiter, & intentionaliter, atque adeo quod minus ad distinctas notitias eorum concurrere possit. Confirmatur adhuc, quoniam hac ipsa ratione utuntur illi Thomista, qui negant species ab essentia Angeli manere, ut eius proprietates; inquit enim, quod nequit Angeli essentia producere species rerum omnium ab ipso intelligibilem, nisi inquantum intelligibilitas earum continetur actu, vel virtute, aut eminenter in illa, tanquam in principio & radice; sed substantia Angeli non potest continere actu, aut virtute, vel eminenter intelligibilitatem propriam omnium obiectorum, quia potest intelligere, sicut nec omnium, quidditates, & perfectiones, ergo &c. maior patet, quia species non sunt aliud quam semina obiectorum, quae representant in se intelligibiles, ergo opus est, quod propria, & immediatam talium obiectorum intelligibilitatem continent; minor probatur, quia substantia Angeli tam entitativa, quam intel-

Intelligibiliter esse limitata, & redacta ad suum genus, & differentiam; ergo non potest in se continere proprias perfectiones aliarum rerum, & propriam earum intelligibilitatem in eo, quod proprium illarum est, & differunt ab ipomet Angelo; in hoc enim distinguitur ab illis, & coarctatur, & limitatur erga illas; nec habet eminentiam illam infinitam quam habet Deus, in quantum est principium & causa omnium entium, & quantumcunque differentiarum, & omnia continet virtualiter & eminenter quod Angelo convenire potest ob eius limitatorem, ita arguit Jo. de S. Thoma *disp. 21. art. 3. n. 31.* & est ratio S. Thome *q. 55. ar. 1.* qua probat Angelum per essentiam suam non posse omnia alia obiecta cognoscere propria, & distincta cognitione, quia sic contineret perfectè aliorum quidditates, & perfectiones, quod est proprium solius divine essentiae; ergo pari modo species infinitorum obiectorum representativa esset infinita perfectionis in suo genere.

178 Primum respondet Arriaga *disp. 7. sect. 2.* non repugnare specie representativam omnes creaturas possibiles, quia exprimere intentionaliter omnia non dicit continentiam physicam omnium perfectionum quae sunt in obiecto, unde per accidentalem specie Angeli imperfectiorum potest representari substantia Angelorum ergo species representans creaturas omnes ob id contineret nec formaliter, nec eminenter omnium perfectiones, ac ideo simpliciter infinita non esset: dico simpliciter (inquit) non habere aliquam infinitatem secundum quod, sive quod respicit infinitos terminos non est contra rationem creaturæ; sic enim intellectus nostrus, & Angelicus habent respectum ad omnia entia possibilia, quia omne ens possunt noscere; si non simul, saltem divisivè, & de facto habet virtutem cognoscendi plura, & plura in infinitum, nec tamen censetur simpliciter esse infinita virtutis; ergo absque ulla repugnantia dari potest species representativa infinitatem rerum.

Verum sic respondens vel non attingit, vel attingere noluim vim argumenti; plane certum est speciem semper deficere ab entitate obiecti, nec unquam posse obiectum representativum adæquare in entitate, & perfectione naturali; adhuc tamen illud adæquare debet in esse intentionali, si illud distinctè, & adæquate debet exprimere, atque ideo continentia consimilis omnes perfectiones obiecti debet virtualiter continere, & sic species tantum crescere deberetiam quantitativè, & arithmetice in suo ordine intentionali, quantum crescit obiectum in suo ordine naturali, cum enim tota perfectio obiecti enucleanda sit virtute speciei, quæquid accrescit obiecto in esse naturali, debet quoque accrescere speciei in esse intentionali; ergo licet ex multitudine obiectorum non crescat species in eodem genere, & ordine perfectionis cum obiectis representatis, crescit tamen in suo ordine intentionali, adeo ut quod plurimum perfectiones continet in esse tali, scilicet intentionali, ed perfectior sit in tali genere, ex quo tandem deducitur, quod si infinita obiecta sic continet, erit infinita perfectionis in esse imaginis representativæ.

Dicit fortasse quis cum Vasquez *disp. 202. c. 2.* quod representatio illius speciei non esset talis natura, ut in eo quali in speculo res omnes videretur, nec enim intellectus quasi conversus ad speciem intelligibilem in ea invenitur, quæ in illa dicuntur representari, sed illa diceretur representare res in actu primo, vel per modum habitus, quia esset principium cum intellectu eliciendi cognitionem singularium. Verum id totum concedimus; sed non ob id evitatur in finitas speciei in esse imaginis representativæ in hoc sensu quatenus nempe est semen obiecti, & expressiva eius in genere causæ efficientis simul cum intellectu nam continentia infinitorum obiectorum in esse intentionali hoc modo potestul infinitatem in esse intentionali, ut supra deducitur est, quod enim possit afficere notitiam istius obiecti importat in ea aliquam perfectionem in esse representativæ, & quod possit etiam simul parere notitiam alterius perfectionis obiecti, importat rursus in ea aliam maiorem perfectionem, & sic procedendo in infinitum, deducitur quod detur in ea virtus infinita representativa; quod enim actu infinita non representant non provenit ex defectu virtutis in ea, sed quia non datur actu talia obiecta a parte rei, & coram actualis infinitas repugnat.

179 Secundo respondet p. oinid. Aversa *q. 55. sect. 3.* negari non debere, quod illa species in infinitum excederet omnes alias species representantis finitas, atque ad haberet infinitatem quandam, quæ dici potest secundum quid hæc tamen infinitudo non repugnat speciei, quominus sit possibilis species hoc modo infinita, siquidem de facto intellectus habet virtutem cognoscendi plura, & plura in infinitum, nec tamen censetur esse infinite virtutis simpliciter, quam instantiam etiam Arriaga tangebat in fine *sup. n. 30. n. 31.*

Sed hanc instantiam optime Lichetus exclusit *3. disp. 3. q. 10.* dicens non sequi infinitatem in intellectu, quia ista perfectiones nimirum cognitiones tot obiectorum, quorum unum

est perfectius alio; ut partialiter sunt ab intellectu, non requirunt aliam, & aliam perfectionem in intellectu; nam eadè quæ sufficit ad unum intellectum in genere potentia, sufficit etiam ad intellectum alterius obiecti perfectioris, & specie distincti; si autem suppleret deberet intellectus causalitatem alienius obiecti, sicut supplet species, v. g. animi, de necessitate exigitur maior perfectio in intellectu, quia ille gradus intellectiois quæ est ab actu, ut ab obiecto, tantè perfectior est, quod à nullo potest cauari, nisi ab ipso actu, vel à continente virtualiter, aut eminenter ipsum; Confirmatur quia quod intellectioes infinitorum specie distinctorum, sint specie distinctæ non habetur ab intellectu, sed ab obiectis, ut constat ex Doctore *1. disp. 3. q. 6. & 7.* & quamvis una sit essentialiter perfectior alia maior, & minor perfectio essentialis in intellectioibus non est à maiori, vel minori perfectione ipsius intellectus, sed ab obiectis, & sic quando intellectus concurrat cum obiecto perfectiori, & imperfectiori aequali conatu hinc, & inde cauat intellectio perfectior perfectioris obiecti, maior autem perfectio specifica attenditur penes obiectum, non penes intellectum. Dices, intellectus est causa principalis intellectiois; & obiectum est causa minus principalis; ex Scotto loco citato, ergo videtur quod maior perfectio specifica fit etiam ab intellectu. Respondet idem Lichetus *ibidem & 1. disp. 2. q. 5. s. ostensa propositio*, quod quamvis intellectus sit causa principalis intellectiois, & quantum ad substantiam actus, & quantum ad intentionem, tamen sicut unitas specifica est ab obiecto principaliter, ut habet Doctor *ibidem*, ubi vult quod intellectio specificatur ab obiecto; ita etiam perfectio specifica, & essentialis eiusdem, quamvis ergo intellectus concurrat, vel concurrere possit ad intellectioes inferiorum obiectorum etiam specie distinctorum; quoniam tamen ad illa omnia non est completus in ratione effectivi, sed determinatur, & completur per species illorum, ac una, & eadem virtus concurrat partialiter ad singularum intellectioem; ideo concludi nequit infinita virtus in eo, sicut concluderetur de specie virtualiter continente infinita obiecta in esse intelligibili; ut enim effer vicaria perfectioris obiecti, argueretur in ea maior; & perfectior virtus semper in infinitum, de qua una, & eadem virtus sufficeret ad ea omnia representanda, ut de intellectu dicebamus.

Tertio respondet Vasquez loco citato, quod sicut per speciem creatam impressam, vel saltem expressam representatur Deus obiectum infinitum, ut constat ex *disp. de beata visione*, absque eo quod argumentum calculatorium concludat in ea infinitatem simpliciter, ita etiam per speciem finitæ virtutis representari poterit infinita multitudo nedum individuum, sed etiam specierum; etenim non videtur maior ratio de representanda infinita extensivè distinctè, & representate infinitum intensivè distinctè, quod æquivaleret illi. Imò plus est absque ulla comparatione representare Deum, quam infinita obiecta creata, quæ improportionabiliter excedit. Hanc quoque instantiam reficit Lichetus *2. disp. 3. quæst. ad quintam dubitationem* dicens, quod aliud est representare infinitum sub ratione, quæ est infinitum; & aliud est representare infinita obiecta; ex hoc enim quod aliqua species sit ratio representandi unum obiectum quantumcunque perfectum non sequitur, quod illud adæquet in perfectione, quia species intelligibilis semper est minoris perfectionis obiecto representato: si tamen representaret infinita, esset formaliter infinita, quia unum obiectum requirit specialem rationem representandi dicentem aliquam perfectionem, & aliud requirit adhuc specialem rationem representandi dicentem maiorem perfectionem, ex quo procedit in infinitum tandem concluditur infinita perfectio in specie, quæ illas omnes rationes representandi in se virtualiter contineret; & hoc modo ait Doctorum arguere *1. disp. 2. q. 11.* infinitatem essentie ex hoc, quod est ratio representandi infinita; & sic etiam dicitur Gratianus Brixienis *2. disp. 3. q. 10.* in defensionem huius Scotice rationis. Ceterum sic dicendo non sufficenter eligitur assumpta paritas ad Adversarij; si enim per hoc, quod species representativa semper deficit ab entitate obiecti, salvatur quod species distinctæ divinam essentiam representans etiam quatenus infinitam, non fit infinita simpliciter, ac in entitate, sicut est obiectum; pariter etiam ob eandem rationem salvatur species infinita obiecta creata representantem non esse simpliciter infinitam, quia illa species pariter semper in entitate deficit à singulari illis obiectis representatis, & ex multitudine illa obiectorum infinita crescit species solum in suo ordine nempe intentionali, & representativo, non autem in eodem genere, & ordine cum obiectis representatis, ut dicitur *en. num. 178.* quod si tale augmentum in esse intentionali, & representativo arguit infinitatem speciei in esse imaginis representativæ, ut ibi urgebamus contra Arriagæ solutionem; cum tale augmentum sit etiam concedendum speciei divinam, essentia

180

repræ-

representanti, ut constat per tertium argumentum calculatorium, quod species ed est perfectior quod est perfectioris obiecti, &c. sequitur ipsam quoque esse infinitam in esse intentionali, & representativo; non minus quam sit species infinita representans.

Ex eo igitur capite refellenda est assumpta paritas ad Adversarij de specie representante divinam essentiam etiam sub ratione infiniti, quam Doctor concedit, & specie representantem infinita obiecta, quorum quodlibet requirit in ea specialem perfectionem sub ratione representativa, quam Doctor negat; quoniam species impressa divine essentiae non solum ei adæquata non est in entitate, quod est commune omnibus speciebus intentionalibus, sed nec etiam secundum proportionem representantis ad representatum simpliciter, & absolute, quia non est illius representativa, quantum de se representabilis est, nempe infinito modo, & comprehensive, quomodo species perfectissima alibi dicitur illi adæquata in representando simpliciter, & absolute sicut ratio comprehensive è videndi illud; sed tantum est ei adæquata in representando relative, scilicet in ordine ad actum talem, quem potest intellectus creatus habere de obiecto infinito, quomodo species alibi in oculo cæcutione ipsum alibi representat non perfectè quantum in se representantem est, sed perfectè secundum quid per comparationem ad actum talem, quem habere potest de alio potentia cæcutionis; ita sanè, nec aliter, nec alio modo concedit Doctor possibilitatem speciei divine essentie *2. disp. 3. q. 9. I. ut diximus 1. sem. disp. 6. quæst. 1. num. 4.* ex quo constat argumentum calculatorium in tali species vim non habere, quod sit infinita neq; in genere entis, quia species universaliter deficit ab entitate obiecti; neque in proprio ordine intentionali, sed in genere representativæ, quæ divinam essentiam non representat quantum de se representabilis est, unde nec est ei adæquata in essendo, neque in representando simpliciter, & absolute; sed in proposito de specie infinita obiecta representante argumentum calculatorium valet, etiam si Deus omnia illa improportionabiliter excedat, quoniam quamvis ex infinita corum multitudine non cresceret species in perfectione in eodem genere, & ordine perfectionis cum obiectis representatis, quia semper species deficit ab entitate obiecti, cresceret tamen in suo ordine intentionali quantitativè, & arithmetice, quia esset illis adæquata secundum proportionem representantis ad representatum; unde quantum illa cresceret in perfectione in suo ordine naturali, tantum cresceret ista in perfectione representativa in suo ordine intentionali; unde tandem deducitur, quod esset infinita perfectio in suo ordine, scilicet in esse imaginis representativæ quod de specie divina essentie representativa inferri non potest ob rationem allatam; An verò species distinctæ representativa divine essentie possit etiam representare infinita obiecta creata in ea eminenter, & virtualiter contenta, pendet resolutio ex alio puncto, an talis species divinam essentiam representet solum quoad prædicata sua quidditativa, an etiam quatenus est virtualiter contentiva infinitorum obiectorum secundariorum, de quo diximus *lib. 1. sem. disp. 6. q. 1. n. 21.*

Hic solum adverto non est eandem rationem de specie divine essentie, & de specie immediate representativa infinitorum obiectorum creatorum, de qua hic disputamus; longe enim maior est repugnantia de ista specie, quod infinita representet, quam de specie divine essentie, cum enim immediate representet divinam essentiam, quæ est obiectum plura continens virtualiter, & eminenter, sanè ex hoc capite non repugnat illi representatio inferiorum in ejus obiecto immediato contentorum; at species istæ universales Angelicæ, de quibus hic est sermo, nonuntur esse species rerum creatorum, & habere pro obiectis res creatas, nulla autem res creata ita eminenter continet plura obiecta disparata, atque ideo ex hoc capite non est par ratio de specie divine essentie, & speciebus rerum creatorum.

182 Quattò respondet Suarez, Bannez, & alii Thomistæ, ex Cajet. concedendo posse dari unam speciem ita universalem in representando, ut infinita representet, & adhuc negando talem speciem fore simpliciter infinitam, dicens ad summum sequi esse altioris, & superioris rationis ad alias species representantes tantum finitas, sicut de facto dicimus de specie impressa, & expressa essentie, unde inquit Vasquez *loc. cit.* quod cum Scot. arguit, ut species representent nam naturam requirunt aliqua perfectio ut representent duas, requiritur major; ergo ut representent infinitas requirunt infinita; ex tali calculatione solum colligi infinitum argumentum, quoties augmentum sit univoce in eadem forma secundum intentionem, vel extensionem quantitatis; & hoc augmentum fiat in diversâ natura, certe non sequitur, sed ex hoc illud tandem colligitur ad representandam infinitam multitudinem requiri speciem alterius nature, & superioris ordinis, quod brevioribus verbis dixit Suarez, non oportere, ut talis species per infinitos gra-

Mtd. in Secunda. Semet.

dusaugatur, ut in argumento obicitur, sed sufficit, ut sit indivisibilis entitas superioris nature, & eminentioris entitatis, licet in illo gradu finita sit: alii vero dicunt talem speciem fore finitam secundum essentiam, & solum infinitam secundum representationem, quatenus infinitas quidditates representaret, quod non habent pro inconvenienti, quia talis infinitas esset solum secundum quid, & in certo genere, quæ responsio satis plausibilis est inter Recentiores de hac specie differentes quoad infinitatem, sicut de specie impressa, vel expressa divine essentie; ita etiam Jo. de S. Thoma *disp. 21. articuli. 4.*

Ceterum in impugnatione præcedentis solutionis, assignata est manifesta disparitas inter speciem divine essentie representativam, & hanc de qua loquimur, representativam infinitorum obiectorum; quoniam illa necum in essendo, sed nec etiam in representando est simpliciter adæquata obiecto infinito, quod est divina essentia, sed ista foret simpliciter adæquata in representando infinitis obiectis, quorum quodlibet diceret propriam, & peculiarem perfectionem in intelligibilitate semper majorem, & majorem in infinitum, unde species omnibus illis obiectis æquivalens esset actualiter infinita quoad perfectionem representandi, etiam si infinita non esset quoad essentiam, quatenus illa non adæquatur in entitate, ut dictum est *num. 178.* in impugnanda prima solutione; Non solum autem absurdum est admittere speciem infinite perfectionis in entitate, sed etiam in vi representativa, quod modo probandum est, quia in hoc consistit punctus difficultatis, quia Adversarij id non habentur pro inconvenienti, sic autem proba, quia non solum infinitas simpliciter, ac in entitate repugnat emi creato, sed etiam secundum quid, & in certo genere, quando tale infinitum secundum quid est infinitum categoricè, id est simul, & actu contentans infinitas partibus aliquoties, seu æqualibus uni certæ, ut constat ex dictis in physica, ubi hac ratione diximus repugnare infinitam quantitatem, & qualitatem, quæ infinita foret in certo genere; talis autem modus infinitatis esset in una illa specie infinita obiecta representante, & infinitis speciebus minus universalibus æquivalente, nam species representans tot obiecta verb. grat. decem haberet perfectionem, ut decem, dividam in tot speciebus singula illa decem representantibus, & consequenter species representans obiecta in duplo plura verb. grat. viginti haberet perfectionem, ut viginti, in tot speciebus singula illa representantibus, & sic tandem species infinita representans infinitæ perfectionis esset in vi representativa, & ratio est, quia in hac calculatione semper ascenditur secundum gradus determinate perfectionis, unde tandem in specie obiecta infinita representante devenitur ad gradus infinitos determinate perfectionis, quibus partibus infinitis, aliquoties non constat continuum, ergo inconveniens est admittere speciem, quæ sit infinite perfectionis, nedum in entitate, sed etiam in vi representativa. Confirmatur, quia repugnat posse produci supremam in illa serie, in qua sunt infinita producibilia; sed in serie specierum plura, & plura obiecta specie, vel numero distincta representantium dari potest processus in infinitum, quia dari potest una species universalior alia in representando, quæ scilicet plura, & plura representent, ut Adversarij concedunt; ergo implicat dari posse speciem in tali ordine supremam, quæ scilicet sit universalissima adeo ut infinita representet; minor est doctrina ipsorum adversariorum, major probatur ex communi consensu, quia infinitum sine categoricè nullum habet terminum intrinsecum, & ideo implicat supra creatura in tot processu creaturarum possibilem, & supra virtus motiva in serie virtutum majorum, & majorum possibilem; ergo pariter in proposito implicabit supra species in serie specierum perfectiorum, & perfectiorum in infinitum.

Dices hac rationes implicare quoque speciem divine essentie representativam, quoniam hæc esset suprema in serie specierum perfectiorum, & perfectiorum. Negatur consequentia, quoniam hæc dicitur suprema in tali serie, quatenus dari nequit species perfectioris obiecti, non autem quia in se fit perfectionis infinite in vi representativa talis obiecti, quoniam nunquam ei adæquari potest simpliciter in representando; unde quantumcunque cresceret in perfectione representandi obiectum illud, semper finitè representabit, nec unquam illi poterit adæquari. Neque ullo modo subsistit, quod Vasquez ajebat tali calculatione solum colligi infinitum augmentum, quoties augmentum fit univoce in eadem forma, & specie, non autem fit fiat in diversâ natura; Nam, ut arguit Faber, si species representando plura in infinitum ejusdem rationis, & univoca in eadem natura, argueretur in perfectione speciei representantis in infinitum, ut ait Vasquez tanto magis id sequitur, si species eadem numero representent infinita, sed diversarum specierum, & æquivoca; probatur sequela,

H 2 quo-

quoniam major perfectio requiritur ad representandum infinita, & diversarum specierum, quam infinita ejusdem speciei, causa enim æquivoca semper est nobilior suo effectu; si ergo illa species representaret infinitas quidditates diversarum rationum; plane sequitur a fortiori illam esse debere infinita perfectionis; Imò mox patet non debere augeri perfectionem in infinitum quoad vim representativam, si plura tantum ejusdem rationis in infinitum representarentur, & univoca in eadem natura, nam eadem virtus, quæ sufficit ad unum representandum, sufficit ad omnia Faber *disp. 27. n. 42.* aliis adhuc rationibus hanc communem, & frequentem Thomistarum responsum evincere conatur, & quidem suo iudicio satis efficaciter, & præsertim in eo vim facit, quod prætaxa distincti infiniti simpliciter, & in tali genere sit omnino una, & ficticia, & etiam quia cum infinitum in genere sit simpliciter ens, si est infinitum in tali genere, erit quoque infinitum simpliciter in genere entis; Sed hanc distinctionem infiniti bonam esse, si rectè intelligatur, imò omnino necessariam jam ostendi *1. lib. sent. disp. 7. nu. 16.* & malè ex infinitate entis creati in aliquo certo genere deduci infinitatem simpliciter, & in tota entis latitudine tam dixi *disp. 10. Phyl. q. 2. n. 25.*

184 Sed quoniam Advertit sæpius inculcant, quod una perfectio altioris ordinis, etiam in se finita sit, tantæ perfectionis esse possit, ut excedat infinitas perfectiones ordinis inferioris, & eminenter æquivalcat illis, & ita philosophantur de specie universali Angelica infinitas quidditates ordinis inferioris representantes ad verendum est ex Scoti pluribus in locis, quod etiam notavit Amicus *loc. cit.* & Lichez. *2. disp. 3. q. 10. §. ad argumentum principalem*, dupliciter omnia aliquid ordinis superioris continere aliquid ordinis inferioris; primo modo ordine tantum, & superioriore per simplicem excessum perfectionis, quam nunquam attingere potest inferior quantumcumque crescat in suo ordine, quo sensu Angelus dicitur esse ordinis superioris respectu hominis, & cujuscunque creaturæ corporeæ; alio modo non tantum ordine, & superioriore, sed etiam virtute, & est quando inferioris ita continetur in superiori, ut superius præstare possit, quod potest inferioris, & omnia ejus munera supplere, quo pacto calor, & siccitas dicuntur contineri in Sole vegetativa, & sensitiva in rationali; Quamvis, ergo ex primo modo continentia inferioris in superiori non valet arguere illimitationem, & infinitatem simpliciter in illo, sed tantum naturam, & perfectionem superioris ordinis in suo genere finitam, & limitatam; unde arguere non valet dicendo, infra naturam Angelicam possunt produci plures; & plures creaturæ corporeæ semper in infinitum perfectiores, nunquam tamen attingentes perfectionem Angelicæ naturæ, ergo Angelica natura est infinita perfectionis essentialis, quia omnibus illis æquivalat, imò præcellit; Atamen in secundo modo continentia inferioris in superiori ex infinitate extensiva inferiorum arguere valet in finitatem intensivam in superiori in hoc sensu, quod si superioris est potens præstare munera infinitum inferiorum, quorum unum est essentialiter perfectius alio continere debet eminenter perfectiones omnes illorum, atque ita erit in finitè perfectum, vel simpliciter, vel in certo genere, tali infinitatis modo, quæ creaturæ repugnet, cum fiat ascensus per partes aliquotas, & determinatas, seu secundum gradus determinatæ perfectionis, ut explicatum est *num. 82.* unde sic arguere valet, quemadmodum arguit Doctor, ad representandum decem quidditates requiritur virtus finita talis ordinis, ad representandum plures requiritur virtus finita superioris ordinis ergo ad representandum infinitas requiritur virtus supremi ordinis, quæ est infinita quoad vim representativam.

Dices, talem etiam ascensum per gradus determinatæ perfectionis fieri posse in primo modo continentia inferioris in superiori; ut v. grat. quod Angelus excedit in perfectione hanc speciem animalis v. grat. Canis, quæ est perfectioris, ut duo, & speciem Bovis; quæ est perfectioris, ut quatuor, & Leonis, quæ est ut sex, & sic in infinitum: si ex tali ascensu in primo modo continentia inferioris in superiori non arguitur in superiori infinitas, sed tantum perfectio, & excellentia superioris ordinis; nec argui poterit in secundo continentia modo. Negatur consequentia, quia juxta primum modum continentia perfectio inferioris non continetur in superiori virtualiter, & eminenter, sicut continetur juxta secundum modum continentia; & hinc est, quod ibi argui nequit infinitas in superiori intensiva ex extensiva inferiorum, sicut arguitur hic, sed tantum perfectio, & natura superioris ordinis in suo genere limitata.

185 Quinto respondent alii ex Cajet. per eam rationem ad summum probari non posse dari speciem infinitarum quidditatum representativam, quia illæ in propriis rationibus representativis sunt alterius rationis, & una addit majorem perfectionem essentialem supra aliam; non tamen probat quia dari possit species representativa infinitarum singularium, quia cum

unum aliud non excedat in essentiali perfectione, sed omnia sint ejusdem rationis, eadem virtus, quæ sufficit ad unum representandum, sufficit ad omnia, unde in representatione singularium non valet argumentum calculatorium; Licheus *2. disp. 3. q. 10.* hoc gratis concedit, unde in constructione illius argumenti, cum ait Doctor, quod si aliqua species esset ratio representandi infinita obiecta, quorum quolibet natum esset habere speciem propriam alterius rationis ab alia, esse infinita perfectionis intensivæ, inquit Lichez. Doctorem addere, quod sint alterius rationis, quia si esset una species intelligibilis ratio representandi infinita individua aliorum, speciei non esset infinita intensivæ, quia illæ rationes representandi individua non esset alterius, & alterius rationis, sed simpliciter ejusdem speciei, quia species intelligibilis Franciscus, & Joannis essent simpliciter ejusdem speciei, sicut Franciscus, & Joannes, & per consequens plures tales continens non dicitur essentialiter majoris perfectionis; unde paulò inferius ait, quod si Franciscus simul produceret infinitos homines, non diceretur infinita perfectionis, cum alius & alius homo non requiritur aliam, & aliam perfectionem in producente, quia productio hominè à virtute, ut dicitur, eadem virtute producitur alius homo, & sic etiam in proposito.

Faber contra, & nonnulli alii Scotiæ contendunt per hanc rationem probari etiam impossibilitatem speciei infinita singularia representantis, ita dicitur *disp. 27. num. 37.* & de vera Doctor *2. disp. 9. qu. 2.* hanc eandem rationem recipi ad probandum non posse dari speciem infinitarum singularium representativam; & postea etiam ad hoc probandum adaptari eo modo, quo Doctor *1. disp. 2. q. 1. in 2. & 3. disp. 1. q. 2. in N.* ex similitate intellectionum plurium, & plurium etiam ejusdem rationis in infinitum, arguit in eo intellecta infinitam virtutem intellectivam; quamvis enim verè non benè deducatur infinitas virtutis in causa; nisi quando quolibet producibilem requirit aliam, & aliam perfectionem in causa pro eorum productione; tamen quando etiam non requiritur alia, & alia virtus pro singulari effectu producibilis, sed una, & eadem sufficit ad omnes illos producendos successivè; si simul applicari possit illa eadem virtus ad omnes producendos, ex tali similitate applicationis adhuc videtur posse benè deduci infinitas virtutis in producente, ut dicitur Doctor de similitate plurium, & plurium intellectionum etiam ejusdem rationis in infinitum; ita autem solet in proposito, quia si daretur species infinitarum singularium representativa, cum non esset major ratio, cur hic, & nunc magis unum, quam aliud representarent, si quidem omnium est naturaliter representativa, postea quantum est de se illa infinita singularia simul representarent, & sic ex tali similitate posset argui infinitas in ea; Sed quoniam alia rationes non desunt à Doctore alie ad probandum non posse plura singularia per eandem speciem representari, ut *art. 1. q. 2.* de hac non multum debemus esse solliciti, & sufficere nobis, quod saltem probet de infernis quidditatibus, nam ad hoc præsertim probandum adducta sunt à Doctore *1. disp. 3. q. 10.* licet etiam adductur ab ipso pro singularibus *2. disp. 3. qu. 2.*

Sexto tandem Brancasius nosse *qu. 4. art. 6.* ut Subtilem Doctorem concordet cum Angelico, respondet speciatim quidem natura rei non posse unam, & eandem speciem representantem infinita; cæterum ex virtute representandi tradita sibi à Deo posse representare infinita, si autem urgeas, ergo esset species infinita; respondet fore infinitam in representando, non in essendo, item fore infinitam non ex se, sed à Deo illam elevante ad infinita representanda, & ait hanc esse adæquatam solutionem pro Thomistis, quicquid alii inventent. Verum hanc ejus concordiam puerilem proferre esse jam ostendi *art. præcedente ann. 174.* & nedium in essendo, sed nec etiam in representando talem speciem esse posse infinitam ostensum est *nu. 182.* & plane juxta principia suæ concordie si potest à Deo elevante fieri talis species infinita in representando, poterit quoque fieri infinita in essendo, nam si dicat hanc repugnare creaturæ, præterquam quod hoc ipsum dicam ego quoque de infinitate in representando ob rationem adductam *nu. 182.* statim contra ipsum replicabo ex principis suæ concordie, quod licet creaturæ repugnet ex se considerata, & ex suis naturalibus, non tamen prout à Deo elevata; quæ omnia sunt ridicula, & absque fundamento essentia.

Denique alias quasdam evasiones minoris momenti addidit Vaquez *loc. cit.* nempe non constare an sint possibiles infinitæ rerum quidditates; & possibilitate admitta, non sequi ex hoc, quod una species possit representare plures quidditates; posse quoque infinitas, quia species potest fieri aliquid tribus, vel quatuor naturis, ut nequeat representare plures: Sunt, inquam, hujusmodi evasiones nullius momenti, quia quæstio procedit ex hypotesi, quod sint possibiles infinitæ quidditates sine theogorematicæ, & quod species non sit coactata, ad tot, vel tot quidditates representandas, sed indeterminate ad plu-

ad plures, & plures quantum est ex perfectione virtutis suæ representativæ, tum quia si potest creati species representativa trium, vel quatuor naturarum, poterit creati alia, & alia perfectior in infinitum, quæ semper plurium sit representativa, etiam infinitorum, si possibilia forent: & hoc est, quod impugnamus, ut impossibile; & quod nec etiam dari possit species plurium quidditatum representativa, esto non infinitarum, probabitur *art. seq.*

ARTICULUS TERTIUS.

Objectiones examinatae.

187 In oppositum obijciunt Suarez, Averla, & Arriaga *loc. cit.* non esse inconveniens unam speciem insulam representare posse infinitas naturas essentialiter distinctas: Primum, quia non repugnat per cognitionem creatam nosci omnia possibilia, unde nos quoque *1. lib. sentent. disp. 6. n. 23.* & seq. diximus, quod si Beatus omnes creaturas possibiles in Deo cognosceret, non adhuc talis cognitio esset infinita, ut probabiliter tenet Scotus de facto de anima Christi *3. disp. 14. q. 2.* ergo nec repugnantia erit illa in eo, quod dicitur una species habere virtutem concurrentem ex parte obiecti ad eam cognitionem, quia adhuc minor est perfectio speciei, quam illius cognitionis actualis. Deinde quia nulla illa repugnantia in hoc, quod tota illa multitudo sine theogorematicè per unam speciem representetur, totum enim illud obiectum simpliciter finitum est; ergo per finitam speciem repræsentari potest. Rursus, quia potest aliquis intellectus habere principium representativum infinitarum rerum saltem in potentia, scilicet non tot, quin plurimum; ac de facto anima Christi per scientiam insulam habet principium cognoscendum omnes cogitationes futuras in Angelis, & in hominibus per totam æternitatem; sed utique non possunt simul actu dari infinitæ qualitates, sive non tot, quin plures; ergo omnino una sola qualitas, & species intentionalis poterit representare plura etiam infinita. Demum in eo, quod una species habeat virtutem concurrenti loco diversorum obiectorum, non maior repugnantia apparet, quam in eo, quod una, eademque potentia possit concurrere ad multos actus diversos; argui unus intellectus ex parte potentia concurrat ad omnes actus etiam sine theogorematicè infinitos; ergo sic etiam potest ad eos concurrere una species loco obiecti.

188 Respondeo adsumptum illud non ab omnibus concedi, imò commeteri negari, intantum Doctor *3. disp. 14. q. 2.* probabiliter tenet animam Christi videre omnia, quæ Verbum videt actualiter unico actu, nec tamen actum illum esse infinitum, quia negat obiecta secundaria representari ex vi beatæ visionis, sic enim non nisi primum representat cætera verò extrinsecè tantum ratione clara revelationis factæ in essentia per voluntatem adventinam novissarum; seu representacionis respectu adventinam entitatis absolute actus beatifici in ordine ad obiecta secundaria; unde inquit Doctor *lit. M.* non sequi actum illum esse infinitum, tum quia comprehensivum adhuc non esse obiecti primarii, tum quia non necessario ex perfectioe sua esse obiectum secundarium; tum juxta quam doctriam nos quoque diximus *lib. 6. de beata visione*, quod si Beatus omnes creaturas possibiles in Deo unico actu videret, non adhuc sequi talem cognitionem fore infinitam, quia non ex vi, & perfectione sua ad illa omnia se extendere, sed ex vi divinæ revelationis; in proposito autem quæritur, an dari possit species ex vi, & perfectione sua multa obiecta representans, & negativè respondemus, quia hac ipsa de causa esset infinita perfectioe in representativa, unde constaret pariter assumptum non valere; quod si Advertarii contenderent posse Beatum videre omnia possibilia in Deo unico actu ex vi ipsius beatæ visionis, hoc eadem omnino ratione negavimus, quia negatum est de specie impressa.

Ad secundum negatur assumptum cum ejus probatione; cum enim multitudo sine theogorematicè non sit quid certum, ac determinatum, ut constat ex *disp. 10. Phyl. scilicet indeterminate, & consensum*, non potest dici totum illud obiectum esse simpliciter finitum, tum etiam, quia in tali obiecto nullus est terminus perfectionis finitæ, & artic. seq. etiam demonstrabimus multitudinem quoque finitam plurium obiectorum disparatorum non posse per eandem speciem representari. Ad tertium rursus negatur adsumptum ad illud de anima Christi inquit Doctor *3. disp. 14. q. 2. §. ad si ista*, dici posse animam Christi videre omnia habitualiter verbo, non quia dicitur in ea unus habitus, vel species, quæ unica sua ratione ostendat infinita; sed quia per aliquem actum videt verbum, & per illum actum omnia relucet in verbo sunt ei præsentia in actu primo, & per hoc habitualiter fibi nota, quia generaliter loquendo illud dicitur habitualiter notum, cujus est actus primus sufficiens ostensus, per talem autem actum, quod videtur Verbum, sufficienter constituitur in actu primo proximo ut sibi relucere omnia, que lucent in verbo, quia verbum est sibi manifestativum, ut speculatio voluntarium omnia representans; Neque hoc dici potest

Meld. in Secunda. Somer.

(inquit Scotus) de quocunque alio beato; quia Verbum cuiuslibet alio beato est speculum representans determinatæ, ultra quæ non potest velle ordinatè videre alia; sed huic est speculum representans omnia, & idem ipsa potest ordinatè velle videre omnia quorumcumque infinitorum, ad que est in potentia propinqua ad videndum, sicut si essent sibi præsentia per proprium habitum vel speciem. Ad ultimum negatur paritas in maiori assumpta ob rationem allatam *n. 179.* in reformatione secunda responsionis ad argumentum pro nostra conclusione.

Secundo obijciunt, potentia sustentativa infinitorum accidentium non est infinita; ergo nec species representativa infinitorum obiectorum infinita erit; antecedit patet, quia intellectus tam Angelicus, quam humanus sunt capaces in finitum specierum, quæ per totam æternitatem relinquent in illis infiniti actus quos producent, ut eorum memoriam habere possint; consequentia probatur ex paritate rationis per argumentum calculatorium deductum, cum utraque sit causa, illa materialis accidentium sustentabilium, hæc vero formalis, vel efficiens obiectorum representabilium; Tum quia idem species infinitorum obiectorum representativa esset infinita, quia equi valeret infinitis speciebus infinita obiecta eorum representantibus; sed etiam virtus sustentativa infinitorum accidentium æquivaleret infinitis virtutibus infinita accidentia eorum representantibus, nam quod faceret infinitæ virtutes sustentativæ singulæ sustentantes singula accidentia virtutes facit una virtus sustentativa, sed potens sustentare infinita accidentia simul; ergo vel utraque infinita, vel neutra. Tum tandem, quia Scotus *3. disp. 14. q. 2.* probabiliter tenet dici posse animam Christi videre de facto omnia in verbo per infinitas visiones receptas à verbo causatas; ergo si potest dari virtus infinitorum accidentium sustentativa absque eo, quod sit infinita, idem quoque dici poterit de specie representativa infinitorum obiectorum; Quod si dicas id fieri non posse sine exercitio novæ virtutis representativæ; dicam ego illud fieri non posse sine exercitio novæ virtutis sustentativæ, quæ est ad potentiam passivam pertinere, adhuc tamen non mere passivè exercetur per simplicem receptionem, sed per verum influxum positivum in accidentis sustentatum.

Respondeo circa huius argumenti solutionem plura habet Amicus loco cit. sed breviter neganda est paritas de virtute sustentativa accidentium, & representativa specierum, nam ut docet Doctor *3. disp. 14. q. 2.* in fine infinitas extensiva ad aliqua, ut ad formas recipiendas, non concludit infinitam entitatem receptivam, sicut patet de materia, si esset receptiva infinitarum formarum, imò magis concludit perfectionem, sed infinitas extensiva ad aliqua, ut ad effectus simul causabiles, concludit infinitam intensivam eò, quod talis pluralitas concludit maiorem perfectionem in eo, quod ad plura se extendit, non ita de receptivo, & idem habet *1. disp. 18. q. 3. H.* quia ergo potentia sustentativa rationem habet receptivam, & a toto genere passivitatem dicit, idè imperfectiorem præferat, non perfectionem, & idè in ea locum non habet argumentum calculatorium dicendo, ad sustentandum aliquid accidens requiritur aliqua virtus, ad sustentandum plura requiritur maior; ergo ad sustentandum infinita requiritur virtus infinita. Ad secundum negatur etiam paritas, quin potius stante præmissa doctrina concluditur oppositum, cum enim potentia sustentativa sit passiva, & receptiva, non autem activa, qualis est virtus representativa speciei, sicut æquivalentia unius speciei pluribus speciebus concludit in ea maiorem perfectionem, ita æquivalentia unius virtutis sustentativæ pluribus potentis sustentativis concludit in ea maiorem imperfectiorem.

Ad tertium neganda est quoque consequentia ob eandem rationem, cum verò præmissa doctrina impugnatur, quia etiam virtus sustentativa ad potentiam passivam pertinere, adhuc tamè non mere passivè exercetur per simplicem receptionem, sed per verum influxum positivum in accidentis sustentatum, hoc totum concedo, sed dico hunc ipsum influxum positivum esse in genere causæ materialis, quod rursus a toto genere imperfectiorem dicit, non verò in genere efficiens causæ, quo fit, ut neque inferior virtus sustentativa requiratur ad sustentanda plura accidentia, quam pauciora, & sed eadem virtus receptiva subiecti, quæ sufficit ad recipiendum unum accidens, sufficit ad recipienda plura, & plura, non enim maior influxus singulorum est ex parte subiecti ad accidentia sustentanda, quam pauciora quasi plura accidentia gravitent in subiecto, atque idè quo plura in eo sunt recipienda, eo validior esse debet vis sustentativa ad ea sustentanda, sed eadem sufficit ad plura, & pauciora, quandoquidem subiectum concurrat ad sustentandum accidens recipiendo tantum illud, eique se sustentando pro modum receptaculi, sive quo non potest accidens naturaliter existere, ergo non maior virtus receptiva, vel sustentativa requiritur ad unum, quam ad plura, & consequenter ad munita: Quod si contendas requiri

